

ponendum et describendum esse in martyrologio romano, supplicante collegio canonissarum Montensium in Belgio et ita decrevit. Die 6. Maii 1679.

Ibid. n. 2099.

S. WENCESLAUS M.

(Officium.)

Urbis et Orbis.

SSmus D. N. Clemens X. enixis precibus sibi porrectis per Emum Cardinalem de Hassia nomine caesareae majestatis Leopoldi Romanorum Regis in imperatorem electi benigne annuit, ut ab Ecclesia universali officium s. Wenceslai martyris ducis et patroni regni Bohemiae imposterum recitetur sub ritu semiduplici ad libitum et in breviario romano inseratur sub eodem ritu recitandum die 28. Septembris ab omnibus, qui ad horas canonicas tenentur, tum saecularibus tum regularibus utriusque sexus. Die 26. Julii 1670.

Anal. J. P. 1865 p. 1163 n. 1855.

Vd.: *Martyr.* (off. decr. 2. Maii 1801.)

S. WOLFGANGUS.

(Officium.)

Germaniae.

Sanctissimus D. N. Urbanus Papa VIII. supplicationibus caesareae majestatis per ejus apud Sanctitatem Suam oratorem extraordinarium ducem Cromaviae principem ab Erchemburgh eidem SSmo humiliter porrectis benigne annuens, re prius in sacra Rituum Congregatione communicata, concessit et indulgit, ut in tota Germania ab omnibus Christifidelibus utriusque sexus, tam saecularibus quam regularibus, in die festo s. Wolfgangi Episcopi Ratisbonen. de eo ad libitum

recitari possit officium sub ritu duplici de communi confessoris pontificis juxta rubricas breviarii romani. Die 29. Decembris 1638.

(Anal. J. P. 1863 p. 270.)

S. ZENO.

Pistorien. Pro officio s. Zenonis.

Officium s. Zenonis Episcopi et martyris et cathedralis Pistoriensis ecclesiae titularis ad instantiam et supplicationem canonicorum et capituli dictae Ecclesiae, de ordine et mandato sacrae Congregationis Rituum diligenter revisum et emendatum ac ab Illmo et Rmo D. Cardinali Baronio subscriptum, eadem sacra Rituum Congregatio approbavit et ut in praedicta Ecclesia cathedrali et civitate Pistorien. libere et licite recitari possit ac etiam pro majori commoditate imprimi valeat licentiam concessit. Die 11. Decembris 1604.

(Anal. J. P. 1863 p. 39. n. 139.)

S. ZOILUS CONF.

Nullum faciendum esse officium de s. Zoilo *Confessore*, cum nec in martyrologio vetustiori agatur de s. Zoilo *Confessore* sed tantum de s. Zoilo *martyre*, cujus natalis celebratur die 27. Junii. n. 2537 die 21. Mart. 1671.

ZONA CANONICORUM.

Vd.: *Tibiale Canonicoꝝ.*

Concessio zonae sericae violacei coloris pro canonicis et dignitatibus ecclesiae sancti salvatoris in Brasilia.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Ex parte carissimi in Christo filii nostri Joannis Portugalliae et Al-

Ex ss. Rituum Congregationis Secretaria.
Die 30. Maji 1866.

Wolfgango Mühlbauer Caeremoniario
Ecclesiae Metrop. Monacensis.

Admodum Reverende Domine!

Cum Sanctissimo Domino nostro **Pio Papae IX.** opus tuum egregium de authenticis sacrorum Rituum Congregationis decretis ordine alphabetico dispositis ac nuperrime typis cusum offerre studueris una cum literis commendationis Curiae Archiepiscopalis Monacensis, Sanctitas Sua mihi mandavit, ut tibi significarem se illud libentissime suscepisse; confidit enim sacrae Liturgiae valde profuturum. Ut autem pari alacritate inceptum opus feliciter absolvas, apostolicam tibi impertiri dignatur benedictionem. Dum igitur Sanctissimi Domini mandata fideliter exequor, rogo ut meae erga te aestimationis sensus benigne excipias. Vale.

Reverentiae Tuae

Devotissimus famulus

Dominicus Bartolini

S. R. C. Secretarius.

Reverendissimi ac Illustrissimi Domini Domini

GREGORII

Archiepiscopi Monacensis et Frisingensis

Vicarius in spiritualibus generalis.

Quod libri a Dom. admodum Reverendo sacerdote Wolfgango Mühlbauer contexti et titulo: »*Decreta Authentica Congregationis sacrorum rituum et Instructio Clementina ex actis ejusdem collecta ab Aloysio Gardellini, in usum Cleri commodiorem ordine alphabetico concinnata opera et studio Wolfgangi Mühlbauer*« inscripti optimo diligentiae et perseverantiae tanto opere apprimae dignae auspicio foras exierint, atque quum autor non solum opera Aloysii Gardellini exhausterit sed etiam omnia decreta, quae Congregatio superlaudata post annum 1858 recentioris aetatis emanare fecit, quaeque in Analectis juris Pontificii inveniuntur, accurate addiderit, omnibus, qui S. Liturgiae studio incumbunt, exoptatum diu et desideratum subsidium afferant, necnon, uti auctori eidem praecipuae curae erat, propter dilucidam rerum distributionem facilitatemque singulas inveniendi utilitati et commodo venerabilis Cleri maxime prosint: haec tum pro propria experientia docti tum per laudes scriptorum ecclesiasticorum sive multifarie literis et typis traditas sive ore coram Nobis effusas suffulti hisce testamur et per praesentes sigillo nostro munitas fidem damus.

Monachii die 13^{mo} mens. Aprilis 1866.

Dr. Jos. de Prand, Vicarius gener.

(L. S.)

Dr. Maxim. Kaiser, Secr.

lato loco consentes supplicationibus
 huiusmodi inclinat, modicis et po-
 tempore in perpetuum existendis
 dignitibus, canonicis et statusonicis
 metropolitane ecclesie predictae
 ut post novam seriem violaci coloris
 cum duobus floccis similibus supra
 vestem episcopalem tam infra quam ex-
 tra eadem ecclesiam etiam in proces-
 sionibus et scriptis publicis cultus
 eadem vestire libere et licite possint
 et valeat et punitur coram eisdem
 vestes, auctoritate apostolica, huius
 presentium concessimus et iudicamus
 nos ipsasque dignitates, canonicos et
 seminatarios a quocumque impediri
 aut perturbari deinceps nullatenus
 posse ac irritum et inane et sine
 super his a quocumque privis auctoritate
 scienter vel ignoranter contrariis
 attentari decernimus.

In Romae apud sanctam Mariam
 Maiorem die 21. Martii 1250.

(Hilf r. Cont. J. V. pag. 301
 Ed. Romae.)

cardiorum regis fidelissimi expositum
 nobis nuper fuit, quod cum in super-
 ioribus universis terris Europae lo-
 multas ipse post multa pericula co-
 rum civitatem sancti salvatoris in gra-
 alla incolunt appropinquat, atque in
 eadem civitate metropolitane sede
 suo dignitate, canonicos (post re-
 cant) aliquid per nos et apostolicam
 sedem extera decoratione ornari ve-
 hementer desideret, cum ad maiorem
 dei gloriam tam etiam quo fiant
 ut festi divitiae huiusmodi la se pe-
 neccitatis memora.

2. Nos his hinc recte velle se-
 nigen libertatimque annuere ac no-
 monaster huiusmodi, canonicos et semi-
 canonicos spectabilibus gratiis et lav-
 ribus prosequi volentes, coramque
 rogantes personarum a quibusvis excom-
 municationis et interdicti alligacione
 ecclesiasticis censuris, sententiis et penis
 quovis modo et pactionibus de rebus
 hinc et quae forte incurrerint hinc
 hincque gratia absolventes et abso-

(Ad tom. III. pars II. pagina 789.)

VIA FEREA.

Formula benedictionis.

Clerus vel a proximiori ecclesia vel ab aliquo alio loco ad hoc parato procedat usque ad stationem viae ferreae canendo vel recitando

Ant.: In viam pacis et prosperitatis dirigat nos omnipotens et misericors Dominus et angelus Raphael committetur nobiscum in via, ut cum pace, salute et gaudio revertamur ad propria.

Cant. Benedictus Dominus Deus Israel etc. *ut supra p. 379.*

Ibi Episcopus vel sacerdos in aliqua ecclesiastica dignitate constitutus intonabit:

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster *secreto.*

- Ÿ. Et ne nos etc.
- R. Sed libera etc.
- Ÿ. Salvos fac servos tuos.
- R. Deus meus sperantes in te.
- Ÿ. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto.

R. Et de Sion tuere eos.
Ÿ. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.
Ÿ. Nihil proficiat inimicus in nobis.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

Ÿ. Benedictus Dominus die quotidie.
R. Prosperum iter faciat Deus salutarium nostrorum.

Ÿ. Vias tuas Domine demonstra nobis.

R. Et semitas tuas edoce nos.

Ÿ. Utinam dirigantur viae nostrae.

R. Ad custodiendas justificationes tuas.

Ÿ. Erunt prava in directa.

R. Et aspera in vias planas.

Ÿ. Angelis suis Deus mandavit de te.

R. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Ÿ. Adjutorium nost. etc. *ut p. 789.*

Post aspersionem aquae dicitur Te Deum cum oratione: Deus, cuius misericordiae etc.